

Hujus siquidem nomen eadem quâ Solis orta appella-  
tio, radice nascitur; vide *Conjectan. nostr. ad Taciti Ger-  
man.* idque formâ vocis חַיָּמִים Quid mirum igitur, si in-  
terpretes de etymo *Chemia* parùm cogitantes, ad *Solem*  
dilapsi sint? Cùm rectius vertissent: *Absoluta sunt quæ  
dicenda mihi sumpseram de opere Chemia.* Quomodo ut  
memonente interpretentur filii Hermetis, è re & Do-  
ctoris, & discipulorum esse videtur. Vocem חַיָּמִים au-  
tem rectè de *præstantissimo Chemia opere* veluti חַיָּמִים è *Ξο-  
χὴν* usurpari: perinde ac Græcâ dictione *ποίησις Che-  
mia*; vocabulo *ποιητὴν* vero *Chemicum* olim, (L. Reinesio  
*Var. Lect. l. ii. c. 5. teste* designati. &c.

## CAPUT VIII.

### *Constituitur argumentum tabulae.*

**D**ixi literam Hermeticae Tabulae breviter: reliquum  
esset de iis, quæ ad ipsam rem pertinent, aliquid in  
medium adducere. Verùm enim verò cùm magni viri  
sibi ejus negotii curam deposcant, temerarius judicet, si  
juvenis de arduis hujusmodi differere occepero. Fama  
est, de Philosophorum Lapide aurifico argentificoq;  
tabulam præcipere. Itaque clarissimi Chemicorum  
censent: Hos tamen vanitatis postulat laudatus nobis  
auctor *Fame remissa ad fratres Rosæ Crucis*, scribens:  
So muß auch dieselbige Tabula den Methodum Lapi-  
dis Philosophici lehren: welchem reclamirt nicht al-  
lein Paracelsus in Archidoxis, sondern es beweiset es der  
Text selber. Denn er saget / daß vmb dieser cognition  
willen er Trismegistus genant / haben tres partes Phi-  
losophiæ wer wil aber glâuben / daß vel opificium vel  
cognitio lapidis mache Trismegistum, habentem tres  
partes Philosophiæ? Es wäre denn / daß einer von dem  
Glanz